

iam reperitur numerarius, nil repugnat quominus vacantem habere possit, ut bene ibi per Butr. num. 16. vers. sed adverte.

64 Tertius casus est, cum quis recipitur in Canonicum, & eodem tempore, sub diversa tamen conceptione verborum promittitur ei vacatura eadem intentione, ut illic sit Canonicus, & postea tempore vacationis statim habeat præbendam: & tunc secundum omnes valet receptio in Canonicum, sed non promissio vacaturæ; ut hic testatur Butr. num. 32. vers. Tertius casus. Ratio est, quia isti sunt duo actus separati; & ideo unus non inficitur ab alio, & cum receptio ad jus Canonice sit simplex, & sola promissio vacaturæ habeat vitium, ut in c. 2. de concess. præb. hæc sola debet infici per reg. vitæ per inutile. lib. 6. & hoc tenet Innoc. hic num. 6. vers. Vbi autem simpliciter, & gloss. in d. c. Dilectus, il 1. in ver. Approbantes, de præb. Itaque tertius casus, & secundus à pari procedunt.

65 Nec prædictis adversatur declaratio Sanctæ Congregationis Concilii, dum censuit posse ab Episcopo Canonicos supranumerarios creati, eam tamen conditione, ut nullum jus ad præbendam vacaturam habeant, vel vendicent sibi ex tali erectione. Hæc enim declaratio non ita intelligi debet, ut Canonici supranumerarij non debeant habere jus ad præbendam postquam vacaverit, idque in pactum deduci debeat. Hoc enim esset contra iura, quia eò ipso quòd quis recipitur ultra numerum, habet jus ad vacaturam præbendam, ut c. cum super, de concess. præb. c. Relatum, & c. Dilectus, il 1. de præb. Nec potest in receptione apponi contraria conditio, ut patet ex

66 dictis sup. nu. 17. & in c. 8. & 8. notab. sed declaratio in hunc sensum videtur accipienda, ut Canonici supranumerarij non possint præbendam postea vacantem propriâ autoritate apprehendere, ut innuunt illa verba: Nullum jus sibi vendicent, &c. Per receptionem namque ultra numerum non censetur collata præbenda; & ideo vacante præbenda non potest illam iure proprio sibi vendicare, quia antequam fit ei collata, etiam si petierit illam sibi conferri, habet jus ad rem, sed non in re; ut est textus in c. si postquam, & in c. penult. de concess. præb. lib. 6. & declarat hic Felin. num. 16. vers. Sed hæc opinio. Caveant igitur Episcopi vel Capitulum, ne in creandis vel recipiendis Canonici supranumerarij pacifcantur ut præbendam vacaturam habeant, vel non habeant: utrumque enim pactum est illicitum; & à jure improbatum, ut ex dictis constat, sed hoc relinquunt in dispositione juris communis, vel certe apponant conditionem, ut sic recepti non possint absque nova collatione præbendam postea vacantem propriâ autoritate sibi vendicare, juxta declarationem S. Congregationis.

67 Quartus casus est, cum eodem tempore, & sub diversa conceptione verborum quis recipitur in Canonicum, & promittitur ei præbenda vacatura, effectus tamen receptionis utriusque conferatur in tempore vacaturæ: ita ut sic receptus non

fit Canonicus statim, sed solum habeat præbendam, & Canonicatum cum præbenda vacaverit; & hoc 4. casu Innoc. in d. c. Dilectus, il 1. de præb. in princ. sup. gloss. in ver. Proximo, firmat non valere receptionem, habita consideratione magis ad unitatem effectus in tempore simultaneam, quam ad diversitatem conceptionis verborum; & sic concludit tam receptionem, quam promissionem vitari, quasi judicentur unus actus conjunctus, & individuus propter unionem effectus; & sequitur Butr. hic num. 32. vers. Quartus casus, dicens, bene notandum, & Imol. num. 26. vers. Secus si constaret de mente.

68 Quintus & ultimus casus est, cum receptio & promissio vacaturæ fit sub unica verborum structura, vel ut sic dicatur: Recipio te ad vacaturam præbendam, & tunc gloss. in praal. c. Dilectus, il 1. de præb. in ver. Approbantes, & Innoc. hic num. 6. in ver. Vacaturæ, tenet absolute receptionem non valere. Tu vero ex mente Doctorum distingue tres casus: nam aut constat effectum tam receptionis ad Canonicatum, quam promissionis præbendæ collatum fuisse in tempore vacationis: & exploratum juris est receptionem præbendam, & tunc gloss. in praal. c. Dilectus, il 1. de præb. in ver. Approbantes, & Innoc. hic num. 6. in ver. Vacaturæ, tenet absolute receptionem non valere. Tu vero ex mente Doctorum distingue tres casus: nam aut constat effectum tam receptionis ad Canonicatum, quam promissionis præbendæ collatum fuisse in tempore vacationis: & exploratum juris est receptionem præbendam, & tunc gloss. in praal. c. Dilectus, il 1. de præb. in ver. Approbantes, & Innoc. hic num. 6. in ver. Vacaturæ, tenet absolute receptionem non valere. Tu vero ex mente Doctorum distingue tres casus: nam aut constat effectum tam receptionis ad Canonicatum, quam promissionis præbendæ collatum fuisse in tempore vacationis: & exploratum juris est receptionem præbendam, & tunc gloss. in praal. c. Dilectus, il 1. de præb. in ver. Approbantes, & Innoc. hic num. 6. in ver. Vacaturæ, tenet absolute receptionem non valere.

69 Aut constat recipientes voluisse, ut receptio statim valerent, sed collatio præbendæ fortiretur effectum tempore vacationis: & tunc Innocentius in d. c. Dilectus filius, il 1. num. 1. in ver. Proximo, tenet receptionem valere, & solum promissionem vitari, quia licet in ipsa unitate conceptionis verborum videatur unicus actus, & individuus, tamen habita consideratione ad mentem, & effectum, censentur duo actus separati; & ideo utilis ab inutili non inficitur, consentiunt hic Butr. d. num. 32. vers. Sextus casus, & Imol. num. 26. vers. Si autem constaret. Aut denique versetur in dubio, eò quòd non appareat recipientes voluerint effectum receptionis differre in tempore vacationis, nec ne. Et in hoc dubio unitas orationis, & conceptionis verborum efficit ut non teneat receptio, quia effectus tam receptionis, quam promissionis videtur collatus in tempore vacationis futuræ, ut in praalleg. c. Dilectus, & ibi gloss. in ver. Approbantes, Secus quando in diversâ orationibus fit receptio, & promissio vacaturæ, ut in secundo & tertio casu; quia tunc in dubio mens videtur fuisse ut receptio statim valeat; & propterea hæc valet, licet non valeat promissio vacaturæ, ut hic bene per Imol. d. num. 26. vers. In dubio tamen.

Investigandum hic esset, an receptus ultra numerum debeat habere stallum in Choro, vocem in Capitulo, & quotidianas distributiones. Sed hæc quæstionem plenè examino in d. c. Dilectus, il primo, de præbend. Ubi etiam vide, an per hujusmodi receptionem numerus frangatur.

DE

## DE CONSTITUTIONIB.

## Cap. Ecclesia S. Mariæ.

## SYM M A R I V M.

- 1 **C**ausa Ecclesiarum per constitutiones laicorum diffiniri non debent.
- 2 Lex secularis generaliter lata ad Ecclesiam, vel personas Ecclesiasticas, aut earum bona in earum præjudicium non extenditur.
- 3 Statutum generale laicorum non ligat clericos si ve redundet contra ea, quæ sunt clericis concessa in privilegium si ve contra ea, quæ illis competunt de jure communi, & n. seqq.
- 4 Dispositio generalis non comprehendit illicita.
- 5 Jus commune diffinitur colligitur, quam privilegium.
- 6 Laici cogi possunt per iudicem Ecclesiasticum ad declarandum eorum statutum non comprehendere Ecclesias.
- 7 Lex secularis disponens de Ecclesijs, personis Ecclesiasticis, vel earum bonis, etiam si respiciat earum commodum vel favorem, non valet.
- 8 Statuendi potestas à jurisdictione dependet.
- 9 Princeps laicus in Ecclesijs, vel Ecclesiastica negotia nullam habet jurisdictionem.
- 10 Clerici exempti sunt à seculari jurisdictione jure humano & divino.
- 11 Presbyteri cadaver, qui sibi mortem consciverat, arefco Parisiensi remittitur ad iudices Ecclesiasticos.
- 12 Index Ecclesiasticus cognoscit de clericis vivis, & mortuis.
- 13 Ecclesiastica potestas lege Evangelicâ à Christo supernaturâ alter constituta est.
- 14 Oratio cum minaretur Sacerdotibus, à Deo leprâ percussus est.
- 15 Bona Ecclesiarum, & clericorum exempta sunt à jurisdictione Principis secularis jure tam humano, quam divino.
- 16 Ecclesia nunquam humanis legibus constringitur.
- 17 Leges civiles C. de sacros. Eccles. de Episc. & Cler. & consimiles non valent ex defectu potestatis. Imperator recognoscit Imperium ab Ecclesia. ibid.
- 18 Solemnitas introducta ab Imperatore in alienatione honorum Ecclesia non attenditur.
- 19 Leges civiles loquentes de emphyteusi Ecclesiastica non debent servari.
- 20 L. Ad instructionem, C. de sacros. Eccles. non tenent.
- 21 Clerici etiam de honestate non tenentur ad observantiam legum secularium, quæ de clericis, & earum bonis expresse disponunt.
- 22 Actus ipso jure nullus, & cui lex resistit, nec naturalem parit obligationem.
- 23 Statutes contra immunitatem, seu libertatem Ecclesiasticam sunt ipso jure excommunicati.
- 24 Arma deferendi licentia adversus editum Principis laici, à quo sit clericis concedenda.
- 25 Clerici an liveantur edito Principis secularis de armis non deferendis vi coactivâ.
- 26 Et an vi directivâ rationis. Clerici cum armis reperti an possint à curia seculari armis hostiari, ibid.
- 27 Arma clerico ablata à curia seculari an sint ei restituenda.

Prosp. Fagn. in 1. Decretal.

28 Clerici cum armis prohibitis deprehensi quâ pœnâ sint puniendi.

29 Lex civilis generaliter lata ob bonum publicum an comprehendat etiam clericos videtur à ratione.

Clerici an sint membra Republicæ, & veniant populi appellatione, ibid.

30 Clericus non licet iudicem facularem adire pro licentia deferendi arma.

31 Episcopus habet merum imperium in sua Diocesi.

32 Legi civilis non est habenda ratio, quando opponitur Canonica.

33 Solvendi & ligandi eadem est potestas.

34 Clerici an & quomodo eximi possint per laicum ab obligatione legis de armis non deferendis.

35 Armorum usus jure canonico est clericis interdictum.

36 Laicus non potest relaxare clericum prohibitionem juri Canonici de armis non deferendis.

37 Arma edito Principis secularis prohibita an liceat ministris curia laicali in Ecclesia perquirere, & inde auferre.

38 Ecclesia est extra territorium iudicis laici.

39 Delinquens in Ecclesia non privatur immunitate, nisi propter homicidium, vel membri mutilationem.

40 Ecclesia est immunitas tam quoad personas, quam quoad bona.

41 Immunitas concessa fuit Ecclesie non intuitu persone, sed ob reverentiam Deo, & ejus Ecclesia debitam.

42 Familia Episcopi de ipsius licentia an possit deferre arma prohibita edito Principis secularis.

43 Lex civilis prohibens usum armorum non comprehendit familiam Episcopi, usque in fin.

44 Familia Episcopi exempta est à jurisdictione seculari.

45 Episcopi debent habere familiam armatam immunitate Ecclesiasticâ gaudentem.

**E**CCLESIA S. MARIÆ. Causæ Ecclesiarum per constitutiones laicorum diffiniri non debent. Hoc dicit secundum Jo. Andr. cui subscribitur Ant. de Butr. Cardin. Anch. Imol. Bald. & Bellam. Sed plenius secundum Abb. cum quo transeunt Aretin. Felin. & alij recentiores. Hoc intendit statutum generale laicorum ad Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas, vel earum bona in earum præjudicium non extenditur, nec speciale etiam earum commodum, & favorem concernat. Dividitur ut per Jo. Andr.

Nota ex hac Decretali duas conclusiones, quæ sunt veluti claves, & axiomata quædam in materia jurisdictionis, immunitatis, ac libertatis Ecclesiasticæ.

2 Prima conclusio est. Lex secularis generaliter lata, id est, nulla Ecclesiarum, vel Ecclesiasticarum habita mentione, quantumcunque rationalis non comprehendit Ecclesias, aut personas Ecclesiasticas, vel earum bona in earum præjudicium. Hæc est concors ferè omnium juris civilis, & canonici interpretum determinatio; & in specie ita tenent hic post Jo. de Lignan. Anton. de Butr. num. 20. Petr. de Anchar. in 3. notab. Jo. de Imol. sub. num. 11. Abb. in 1. notab. Felin. numer. 81. vers. Ex hoc insert. Dec.

O 2 num.

nu. 233. Mantuan sub. nu. 1. Idem firmant Ol-  
 drad. relatus à Feder. de Sen. conf. 85. numer. 3.  
 Calder. relatus à Cardin. conf. 144. num. 5. Fe-  
 der. de Sen. d. conf. & num. Card. d. conf. & num.  
 & in rept. c. Perpendimus, numer. 13. vers. Aut si  
 observaretur, de sent. excomm. Jo. Andr. & Lap.  
 in c. fin. de immu. eccl. in 6. & ibidem Gemin.  
 numer. 3. vers. Sed pone. Anchar. numer. 1. quist.  
 1. vers. Quero post Jo. Andream. Franc. numer.  
 2. vers. Et ultra etiam Bartol. in l. Filii familias,  
 §. Divi, num. 11. de legat. 1. quem ibi sequuntur  
 Angel. Imol. Florian. Crott. n. 8. Alex. nu. 12.  
 Ripa nu. 81. Jaf. num. 106. qui quamvis postea  
 multa in propositum alleger, ibi tamen ait om-  
 nes ita sentire, & ita indubitanter esse tenendum,  
 Ferdinand. Loaz nu. 157. Bologn. nu. 200.  
 Ex quibus Crott. Alex. Jaf. & Loaz testantur  
 hanc opinionem communem scribentium consensu  
 esse receptam, & Ripa affirmat eam sequi  
 communiter Legistas, & Canonistas. Eandem  
 probant Bald. in l. Vt inter divinum, nu. 17. C. De  
 Sacros. Eccl. & in conf. 133. lib. 3. Anton. de  
 Butr. in c. Tua il 1. num. 4. de decim. Redoan. in  
 tract. de reb. eccl. non alien. qu. 10. num. 6. Cu-  
 man. conf. 85. Presupp. casu, prop. fin. Jacob. à  
 Canib. in tract. de repressal. in 2. par. num. 10. Ber-  
 tachi. in tract. de Episcop. in 4. par. numer. 147. Fab-  
 ian. de Monte in tract. de emp. & vendit. 3. p.  
 3. principali num. 45. vers. Sed non valeret. Qui ferè  
 omnes exemplificant in lege, vel statuto laicali  
 prohibente alienationem fieri in non subditum,  
 Et quamvis Bart. in l. Cunctos populos, numer. 27.  
 vers. Quinò quero, C. De Summ. Trinit. teneat sta-  
 tuta laicorum si de eccl. vel clericis expres-  
 se non disponant, non valere quatenus redun-  
 dent contra ea que sunt cancella eccl. vel  
 clericis in privilegium. Auth. Cassa. C. eod. tit.  
 Secus si contra ea que non competunt eccl. vel  
 clericis ex privilegio, sed ut cuilibet, quia  
 ligant clericos, & sunt servanda in foro epis-  
 copali, & commo sunt honesta, per c. Cum ve-  
 nissent, de eo qui mitt. in possess. c. Constitutus,  
 de in integr. restit. c. Cum causa, de re judic. tam-  
 en ejus opinionem reprobant communiter  
 Doctores, & contra eam prater Cyn. in l. fin.  
 circa fin. C. Qua sit longa consuetudo, relatum à  
 Bartolo ubi supra, tenent Bald. in l. 1. col. 8. vers.  
 Sed hic ulterius quaritur, & in l. Omnia innovatio-  
 ne, C. de Sacros. Eccl. Calder. conf. 11. hoc tit.  
 & alij, quos refert, & sequitur hic Felin. num.  
 81. vers. Sed contra Bartolum. Et hoc dictum Bar-  
 toli communiter damoari per Canonistas, dicit  
 hic Anton. de Butr. num. 20. & Dec. nu. 233. re-  
 ferent Dominic. idem dicentem in c. 1. de iure-  
 jur. Principalis ratio est, quia dicuntur contra  
 libertatem ecclesiasticam non solum statuta illa,  
 qua auferunt clericis, sive clericis, quod illis  
 competent tamquam clericis, & in privilegium  
 secundum Innocent. & omnes in c. Noverint, de  
 sent. excomm. Sed etiam que auferunt quod il-  
 lis competit de iure communi, & ut cuilibet de  
 populo, c. fin. de summu. eccl. lib. 6. c. Cum  
 terra, & ibi Butr. in sp. de elec. Lap. alleg. 92.  
 Inspecimus. Paul. de Cast. in d. Auth. Cassa.  
 numer. 4. & seq. & ibi etiam Dec. num. 17. Felin.  
 alios adducens hic numer. 69. vers. Tertia sunt opi-  
 nio, & Dec. numer. 3. vers. Quando auferuntur ea,  
 qua concessa sunt eccl. vel eccl. personis

4 finis de iure communi canonico, vel civili. Et  
 cum eccl. & personæ ecclesiasticæ, & earum  
 bona sint pro suis exempta à seculari juris-  
 dictione, ac proinde ex defectu potestatis non  
 liceat Principibus laicis in eccl. vel earum  
 personas, aut bona nominatim statuere, ut hic  
 deciditur, & latius dicam infra in 2. conclus.  
 Leges laicales generaliter disponentes ad hunc  
 perventum intellectum trahi non debent, ut in-  
 quit Petr. de Anchar. in d. c. fin. numer. 1. vers.  
 Præterea, post Jo. Andr. ibi num. 4. quoniam sub  
 generali dispositione non veniunt illicita c.  
 Causam, de elec. c. Si gratiose, de refer. in 6. l. Si  
 Procurator, ff. De cond. indec. Et sicut expressè  
 non possunt laici per sua statuta ligare clericos,  
 vel eccl. ita nec acriter generaliter disponen-  
 do, quia tacitum, & expressum qui parantur.  
 l. Cum quid, ff. Si cert. pet. ut hic per Imol.  
 num. 11. Et in his paria sunt aliquid directe, vel  
 indirecte facere, c. Quarto, de privi. c. fin. de im-  
 munit. eccl. in 6. cum concordat. de quibus ibi  
 per glo. & Jo. Andr. Menoch. conf. 291. nu. 25.  
 & seq. lib. 3.  
 Quamobrem lex generalis personas ecclesi-  
 sticas, & earum bona non comprehendit tam  
 ex defectu potestatis, quam voluntatis. Abb. in  
 c. A nobis, il primo, num. 4. de sent. excomm. Alex.  
 conf. 210. num. 1. lib. 2. Socin. Sen. conf. 40. num.  
 9. lib. 4. Crot. conf. 75. numer. 13. & seq. lib. 1. &  
 alij passim. Unde Butr. hic prop. fin. vers. Vnum  
 tamen advertit. Si laicus inquit facit statutum in  
 genere loquens, in dubio illud statutum ex men-  
 te condentis non ligat Eccl. tam quia non  
 est verisimile ut dispositionem extendat ad non  
 subiectum potestatis, c. A nobis, de sent. excomm.  
 nisi in quantum privilegiaret, tum quia non  
 est præsumptio in genere loquentem se exten-  
 dere ad prohibita per que delinqueret, c. Si  
 compromissarius, de elec. subdens hoc esse nota-  
 bile verbum Joannis Monachi in c. Vt anima-  
 rum, de cons. lib. 6. Ed autem magis inverisimi-  
 le est statuentes velle clericos includere, quia  
 alioquin in sententiam excommunicationis in-  
 ciderent, ut in c. Noverint, de sent. excomm. c.  
 Non minus, de immu. eccl. c. 1. & c. fin. eod. tit.  
 lib. 6. & in Bulla Cœnz Domini c. 15. vers. Sen-  
 nostra, & dicta sedulo, plene Navarr. in Manual. c.  
 27. numer. 118. Præterea si non valet statutum  
 quando disponit contra privilegium eccl. sta-  
 tum, licet generaliter loquatur, ut fatetur Bar-  
 tol. Longeminus debet videri si disponat contra  
 concernentia jus commune, quia facilius tollit-  
 tur quod competit de iure speciali, quam quod  
 de iure communi, l. Eius militis, §. Militia, ff. De  
 milit. testam. & tradunt hic Butr. num. 20. Imol.  
 num. 11. Felin. num. 81. & Dec. num. 2. Barbat.  
 in rubr. de reb. eccl. non alien. numer. 138. Alber.  
 de Rosat. de statut. par. 2. qu. 2. numer. 6. Galli-  
 aula in Reper. l. Centurio, numer. 157. De vulg.  
 & pupill.  
 Nec refert quod statutum sit bonum, & æ-  
 quum, quia hoc non tribuit potestatem statuenti  
 secundum Bald. in l. Cunctos populos, numer. 15.  
 vers. ista ratio non valet, C. De Summ. Trinit. publi-  
 ca enim utilitas qualitate legis respicit. Sed  
 potestas, & auctoritas substantiam, sine qua  
 nulla potest considerari qualitas, l. 2. ff. De usu-  
 fruct. & l. Nec ullam, alia est, l. Etiam, §. Si  
 quis

quis absentis, & ibi notat Angel. in princip. ff. De  
 petit. hered. Unde parum reteritur in laico ad hunc  
 modum condendi legem, scilicet utilitas & ne-  
 cessitas, nisi etiam adit potestas, & voluntas;  
 quæ omnia ad cuiusque actus validitatem  
 concurrere debent. Bald. conf. 326. Rex Rom. a-  
 norum, num. 2. lib. 1. Boro. conf. 76. num. 26. vol. 1.  
 Purpurat. conf. 335. num. 2.  
 Ad iura per Bart. allegata responderetur, ea lo-  
 qui in consuetudine clericorum, & laicorum  
 simul, ut per Felin. d. num. 81. ubi etiam dicit  
 opinionem Bartoli posse salvari in quinque cali-  
 bus, quos prosequere, ut per eum.  
 Addit Jo. Andr. in d. c. fin. num. 4. non esse ab-  
 surdum dicere statuentes compelli posse per ju-  
 dicem Ecclesiasticum ad declarandum statutum  
 non includere Eccl. & sequuntur ibi Petr.  
 de Anchar. sub num. 1. post med. vers. subdit tamen,  
 Gemin. sub num. 4. vers. Imò non esset absurdum,  
 & Franc. num. 2. vers. Quod autem, & infra circa  
 fin. vers. Et ultra etiam. Butr. conf. 40. Statuto ci-  
 vilitatis, num. 2. vers. Quoniam compellere posset iudex  
 Ecclesiasticus. Et idem Butr. hic in fin. & Felin.  
 num. 75. dicens hanc esse sollempnem, & efficacem  
 practicam per totam materiam hujus decretalis,  
 plenè Gabr. conf. 47. vol. 2. Surd. alios citans  
 conf. 301. num. 45. vol. 3. Ad quod est bonus tex-  
 tus in c. Pervenit, de arbit.  
 7 Secunda conclusio. Lex Principis laici uten-  
 que supremam in temporalibus jurisdictionem  
 habentis, que specialiter de Eccl. vel Eccl.  
 personis, vel earum bonis loquitur, et-  
 iam respiciat earum commodum, vel favorem,  
 non valet ex defectu potestatis. Textus clarus  
 est hic, ubi hoc notat Abb. in lectura, num. 10. vers.  
 Ad primum dico, & in repetitione num. 26. Felin.  
 num. 40. vers. Recipit autem prædicta regula, & Dec.  
 num. 87. A qua conclusione nemo dissentit, nec  
 dissentire potest, quoniam potestas statuendi à  
 jurisdictione dependet, l. fin. & ibi Bald. ff. De  
 iuris. om. iudic. c. Anobis, il primo, de sentent. ex-  
 communicat. c. Vt animarum, de cons. lib. 6. Bart.  
 in l. Omnes populi, in 1. quist. in princip. ff. De iust.  
 & iur. Roman. conf. 118. num. 2. Abb. hic d.  
 num. 10. Dec. num. 8. & alibi sæpe DD. & in  
 quocunque actu ad illius validitatem præter  
 voluntatem necessaria est iusta potestas, c. Cum  
 super, de offic. deleg. c. Super inordinata, & ibi Butr.  
 in primo notab. de prebend. l. Cuius, ubi Bald. nu-  
 1. C. De donat. ante nupt. Et potestatis defectus  
 semper, & indistinctè nullitatem producit, ut  
 ait hic Butr. num. 20. & Dec. num. 233. Crott.  
 in l. Filii janitilis, §. Divi, num. 80. in fin. ff. de  
 leg. 1.  
 Explorati autem juris est Eccl. vel personas  
 Ecclesiasticas, & earum bona sui omnimodè  
 exemptione à jurisdictione seculari. Et quidem  
 in Eccl. vel Ecclesiastica negotia admittunt  
 omnes, Principem secularem non posse ullam  
 auctoritatem sibi vendicare: Catholicus enim  
 Princeps filius est, non pater Eccl. & quod  
 ad religionem pertinet & disciplinam, discere  
 convenit, non docere, c. Si Imperator, §. 6. distinet.  
 Quippe ad Dei Sacerdotes Deus voluit quæ Ec-  
 cl. sunt disponenda, pertinere, non ad sæculi  
 potestates, d. c. Si Imperator, c. Bene quidem, ead.  
 dist. Unde Ambrosius in c. Conventior, 23. quist.  
 & allegatur, inquit, Imperatori licere omnia  
 Prosp. Fagn. in 1. Decretal.

ipius esse universa. Respondeo. Noli te gra-  
 vare Imperator, ut patet te in ea, quæ divina  
 sunt, imperiale aliquid sui habere. Noli te ex-  
 tollere, sed si vis diutius imperare, esto Deo sub-  
 ditus. Scriptum est: Quæ Dei Deo, quæ Cæsaris  
 Cæsari. Ad Imperatorem palatia pertinent,  
 ad Sacerdotem Eccl. Publicorum tibi mœ-  
 nium jus committum est, non sacrorum. Plena  
 sunt huiusmodi testimoniorum Concilia, qui-  
 bus optimi quique Imperatores, ac Reges allen-  
 sum præbuerunt, & illustis est ea de re confessio  
 Basilij Imperatoris in fine octavæ Synodi. Non  
 datum est, inquit, laicis secundum Canones de-  
 cernendi quicquam de Ecclesiasticis causis; o-  
 pus enim hoc est Pontificum, Habetur & Regis  
 Theodorici responsum, profitentis synodalis  
 esse arbitrij in negotijs Eccl. majoribus se-  
 quenda præscribere, nec aliquid ad se præter re-  
 verentiam de Ecclesiasticis negotijs pertinere,  
 ut reteritur in c. Concilia, 27. dist.  
 10 Personas itidem Ecclesiasticas exemptas esse  
 à jurisdictione laicali disertis verbis cavetur in  
 d. c. Si Imperator, §. 6. distinet. ubi habetur non à  
 legibus publicis, non à potentatibus sæculi, sed  
 à Pontificibus & Sacerdotibus omnipotentem  
 Deum voluisse Clericos & Sacerdotes ordinari,  
 & discuti, hoc est, ut ibi omnes notant, judica-  
 ri, concordant c. Continua, c. Si quisquam, c. Cle-  
 ricum, c. Volumus, cum seqq. 11. quist. 1. Idem-  
 que sancitur in Concilio Calcedonensi can. 9.  
 in Matifonensi l. can. 9. Item in Concilio Mi-  
 levicano, seu potius in Toletano III. can. 13. re-  
 lato in c. Inalita, 11. quist. 1. & in Concilio Car-  
 thaginensi VIII. aliis Matifonensi. can. 9. relato  
 in c. Placuit, ead. cau. & quist. in c. 2. & in c. Si  
 diligenter, de for. compet. in c. Cum non ab homine, in  
 c. An clericus, de iudic. in c. Si iudex laicus, de sen-  
 tent. excommunicat. in 6. & in c. Quamquam de  
 censib. eodem lib. & novissimè in Concilio Late-  
 ranensi sub Leone X. sess. 9. tit. Reformationes  
 curia, & aliorum, vers. Et cum à jure Licet hanc  
 exemptionem permitti hæretici conati sint  
 convellere, ut in specie Marcellus de Padua, Jo-  
 annes de Sandano relati à Turrecr. in Summ. de  
 Eccl. lib. 4. par. 2. c. 37. Joannes Calvinus,  
 Petrus Martyr, quorum fundamenta everit  
 Card. Bellarm. tom. 2. Controvers. lib. 1. c. 28.  
 in tit. An Clerici sint liberi à iugo potestatis sæ-  
 cularis. Et quamquam non conveniant inter se  
 DD. quo iure huiusmodi exemptio inducatur &  
 crebrior tamen gravissimorum interpretum sen-  
 tentia est eam exemptionem esse de iure divino.  
 Ita tenet glof. penult. in d. c. Si Imperator, dum ait,  
 Clericos ante omnem humanam constitutionem  
 à seculari potestate exemptos esse, & constitu-  
 tiones Clericos eximentes non novum jus con-  
 tinere, sed juris declarationem. Idem sentiunt  
 Turrecr. & Præpos. in d. c. Si Imperator, num.  
 1. glof. & DD. in d. c. Quamquam de censib. lib. 6.  
 Cardin. in Reper. c. Perpendimus, num. 50. vers.  
 Ego tamen dico, de sentent. excomm. Bald. in c. 2.  
 num. 50. de major. & obed. & in Authen. Statu-  
 mus, in princ. c. de Episc. & Cler. ubi loquens de dic-  
 ta Authentica prohibente trahi personam Ec-  
 cl. ad iudicium seculare, notat secundum  
 Canonistas id non esse jus novum, sed recede-  
 dere ab errore veterum legum. Quia (inquit)  
 clerici nunquam fuerunt de temporali jurisdic-  
 tione

ctioe iudicium laicorum ; & hæc est ipsa veritas , quia Deus à principio huiusmodi iurisdictiones dedit. Idemque tradunt Hostien. in d. c. 2. de major. & obed. dicens Clericos à potestate Imperatoris exemptos esse à Summo Imperatore, id est, Deo, & etiam ab Imperatore inferiori. Goffred. lib. Abb. & Felio. num. 1. Milk. in Repet. in ver. Clericus. Imol. in Clem. 1. col. 1. de off. ord. n. Roman. in Sing. 414. Lap. alleg. 92. num. 7. Anchar. conf. 96. num. 1. Prob. in addit. ad Monach. in c. Si iudex laicus, de sent. excomm. in 6. num. 1. Hieron. Gig. in tract. de crimin. lesa majest. quest. 68. num. 17. Tiber. Decian. in tract. criminal. l. 9. c. 9. num. 1. Hippolyt. Riminal. in Repet. c. Qua in Ecclesiis, num. 54. Everar. conf. 19. num. 1. incipien. in materia questionis, & in conf. 42. incipien. Vssr. & bene discuss. num. 25. & 26. & alij plures. Et hanc esse communem sententiam testatur Alciat. in c. Cum non ab homine, num. 2. de iudic. Stephan. Auster. de potest. secul. super Ecclesiasticis personis in introductione, num. 7. Navarr. in relect. c. Novit, de iudic. notab. 6. num. 6. Covarr. pract. quest. 31. num. 1. & novissime Gregor. de Valent. alios allegans tom. 4. disp. 9. quest. 5. punct. 4. de exemptione Clericorum, vers. Tertia assertio. Atque ita decisum fuit in Rota Romana in Anci. deus 10. de consuet. In Concilio Neapolitano, ut apud Gram. de off. c. 1. Et in Senatu Parisiensi, ut refert Rebuff. in Concord. rub. de potest. Concord. adiciens, id esse contra rationem naturalem, ut laici inferiores iudicent de personis Ecclesiasticis, quæ sunt ipsi digniores ; testaturque arelto Senatus Parisiensis die 5. Aprilis anno 1431. remissum esse ad iudicium Ecclesiasticum cadaver Presbyteri, qui laqueo sibi mortem consciverat in vico S. Germani. Ex quo, inquit, patet, quod iudex Ecclesiasticus cognoscit de Clericis vivis & mortuis, quia character est impressus animæ & ossibus.

Et probatur efficaciter hæc sententia in d. c. Si Imperator, in d. c. Quamquam in pract. loco Concilij Lateranensis. Ac demum in Concilio Tridentino in c. 19. sess. 25. ubi dicitur immunitatem Ecclesiæ, ac personarum Ecclesiasticarum Dei ordinatione, ac Canonice sanctionibus constitutam.

13 Præcipua huius determinationis ratio est, quia cum Ecclesiastica potestas sit à Christo Salvatore nostro lege Evangelicâ supernaturaliter constituta, & Petro ut Principi Apostolorum, ejusque successoribus, non autem Principibus laicis commissa, c. in novo, 21. distinct. c. Solita, de major. & obed. Schaberus 96. distinct. per tot. & ea que circa spiritualia vertitur : consequens est, ut ad Ecclesiasticam ; non laicam potestatem pertineat iurisdicctio in personas Ecclesiasticas, quæ omnino corpus & animam in sortem Domini transiuerunt, & Dei servitio dedicantur, c. Cuius portio, 12. quest. 1. Qua ratione usus est Hostien. in d. c. 2. cui subscribitur Jo. And. Imol. & alij, Marian. Socin. in c. 2. num. 3. de jur. compet. Et plura in hanc rem congerit eleganter Oltrad. conf. 83. incip. An Episcopus possit decimare forum Regi. Sed & multis alijs rationibus, & sacrarum litterarum testimonijs hanc opinionem comprobant Auctores præallegati, & Tutrecr. in d. c. Si Imperator, 96. distinct. ubi prope finem re-

fert illud Paralipomenon. 26. Ozias Rex iratus tenens thuribulum in manu, ut adoleret incensum, minabatur sacerdotibus, statimque orta est lepra in fronte ejus : cumque apflessit eum Azarias Pontifex, & omnes reliqui sacerdotes viderunt lepram in fronte ejus, & festinato exspuerunt in eum, sed ipse porterritus acceleravit egredi, eo quod sensisset plagam Domini. Subdit deinde Tutrecr. : Caveat ergo Princeps Catholicus si vult juvari à Domino, & victorias obtinere, ne usurpare velit ad sacerdotem pertinentem auctoritatem, alias ejiciendus est e templo per sententiam excommunicationis, & leprâ detestanda culpæ percussus à communiione fidelium separandus.

15 Denique bona Ecclesiarum, & clericorum esse & ipsa exempta à iurisdictione Principis secularis magnâ Patrum consensione, & vehementer in laicos sibi in illa jura aliquod vendicantes in crepatione declaratum est in Synodo Romana III. c. 1. relato in c. Bene quidem, 96. distinct. & in Synodo Romana VI. cuius decretum ceterum in c. In canonibus, 16. quest. 1. In Concilio generali sub Innocentio III. c. 44. relato in c. Cum laici, de reb. Eccles. non alienan. de quo etiam est textus apertus hic. Et hanc quoque exemptionem esse de jure divino, constat evidenter ex d. c. Quamquam, de censib. lib. 1. ibi : Cum igitur Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ, ac res ipsarum non solum jure humano ; quinimò & divino à secularium exactionibus sint immunes. Ad idem textus irrefragabilis in c. Non minus, infra, de immu. Eccles. inducendo eum ut ibi dixi in 2. notab. & dicit esse commune & veram sententiam Canonistarum, eamque pluribus argumentis tueretur ex recentioribus Gregor. de Valent. tom. 4. d. disp. 9. quest. 5. punct. 4. vers. Tertia assertio. Cardinal. Bellarm. Controvers. tom. 2. lib. 1. de Cleric. c. 28. in 4. & 5. proposit. Idemque firmantur Jo. Montaign. de collat. parlam. par. 2. num. 11. Bursat. conf. 42. num. 1. lib. 1. & conf. 186. num. 8. lib. 2. Plot. in addit. ad ultim. conf. Landen. num. 8. Everar. conf. 30. num. 23. ad fin. & novissime decisum fuit in Rota Romana in causa Albenen. Gabilla, sen onerum 28. Junij 1630. coram R. P. D. Merino, articulo accuratissime examinato.

16 Quamobrem cum tam Ecclesiæ, quam personæ Ecclesiasticæ, & earum bona sint prorsus exempta à seculari iurisdictione : necessario hinc sequitur, ut Princeps secularis nullam sibi auctoritatem, aut iurisdictionem in Ecclesiis, personas, & bona huiusmodi possit vendicare, ut de his omnibus est textus hic in d. c. Cum laici, & in c. Inter hæc, 33. quest. 2. ubi dicitur sanctam Dei Ecclesiam nunquam humanis legibus stringi, & clamant passim interpretes omnes in locis supracitatis.

17 Unde etiam inferitur, ut omnes leges, quæ habentur in tit. C. De sacrosanct. Eccles. de Episc. & cler. & in Authen. de sanctiss. Episc. cum similib. non valeant ex defectu potestatis, cum de Ecclesijs, de personis Ecclesiasticis, & earum bonis specialiter loquantur, ut concludit hic Abb. num. 10. vers. ad primum dico, & fuit theoria Jo. And. in c. Non minus, num. 14. infra, de immu. Eccles. quom ibi sequitur Butr. nu. 10. & Abb. nu. 18. & Calderin. conf. 2. incip. Statuto Petrusino, num. 3. vers.

vers. Reperio, de censib. Addit Abb. hic loco citato, hodie Imperatorem recognoscere Imperium ab Ecclesijs, idemque ab Ecclesia coronari, & confirmari, & Imperium de gente in gentem per Ecclesiam transferri, ut fuit olim translacum de Græcis in Germanos, & Venerabilem, de elect. Cuius quidem translationis veritatem pluribus Romanorum Pontificum attestacionibus, & ipsotummet Principum confessionibus comprobatur, & a mendacibus, & imposturis Matthiæ Flaccii Illirici latissime vendicatur Cardin. Bellarm. tom. 1. Controvers. lib. 1. de translatione Imperij Græcis ad Germanos per tot. Hinc etiam fit, ut ratio habenda sit solemnitaris ab Imperatore introductæ in alienatione bonorum ecclesie, ut in Auth. Hoc jura potestatem, c. de sacros. eccles. prout tenet Abb. d. numer. 10. & Dec. numer. 91. post Innoc. in c. 1. numer. 2. vers. Nam statuta legalia, de reb. eccl. non alien. & idem Abb. in c. Nulli, infra, cod. tit. & in c. In presentia numer. 28. Vers. Ego in hoc dubio, de probat. ubi eadem ratione concludit jura civilia quæ loquuntur de emphyteusi ecclesie non debere observari. Et eodem modo dispositio. Ad instructionem, C. De sacros. eccles. servari non debet, ut tradunt Bartol. & DD. in d. l. Ad instructionem, & plenè Barbat. conf. 1. lib. 3. & conf. 29. lib. 4. & Dec. hic numer. 42. & seqq. post glof. m. Generaliter, §. Novarum, in ver. Collationibus, 16. qu. 1. Abb. conf. 3. Casus super quo, lib. 1. & scripti plenius in c. Non minus, numer. 50. infra, de immu. eccles. lib.

21 Ulque aded autem leges seculares nominatim disponeutes de personis Ecclesiasticis & earum bonis etiam in earum favorem sunt nullæ, ut clerici ne ex vi quidem directiva rationis ad illarum observantiam teneantur, ut sentit hic Abb. n. 10. vers. Et credo, dicens ejusmodi leges non esse observandas etiam de honestate, cum sint nullæ tanquam conditæ à non habente potestatem. Facit quod notat Jaf. in l. Cum quis n. 7. c. De jur. & facti, ignor. ubi tenet ex actu ipso jure nullo, & cui lex resistit, nec naturalem orti obligationem. ejusmodi autem legibus Sacri Canonibus vehementer resistunt, ita ut earum conditores etiam sententiæ excommunicationis subijciant, ut in c. Noverint, infra, de sent. excom. & dictum est supra n. 4. vers. Et eo magis. An autem clerici teneantur vi directiva ad observantiam legis generaliter læcæ absque ulla mentione personatum Ecclesiasticarum, dicam plenè in quest. seq. n. 26.

24 QUÆRO. Supposito Principis secularis edicto ad bonum publicum lato de armis non ferendis, aut domi retinendis.

Primo, An clerici ex episcopi licentia possint eadem arma deferre, & retinere, ita ut ejusmodi licentia non ab eodem Principe, sed episcopo tantum sit eis concedenda.

Secundo, An Principis familie in ecclesijs, & alijs locis ecclesiasticis immunitate gaudentibus arma perquirere, vel inde à quovis auferte liceat.

Tertio an Episcopi familia de ipsius Episcopi licentia impunè uti possit quovis armorum genere perinde ac familia Principis secularis.

25 Quoad primam questionem ardua est divoicatio, ac clerici ejusmodi edicto ligentur : Sunt

enim qui putant ligari non modo vi directiva rationis, sed etiam coactiva, ita ut si arma contra Principis laici prohibitionem detulerint, possint civiliter puniri à secularibus iudicibus, inter quos recententur Jo. Fab. in l. Adicijs, per illum textum in ver. Vltio procedat, C. De Episc. audien. Auster. in tract. de potest. secul. seu Repet. Clem. 1. de off. ord. numer. 21. vers. Decimo tertio fallit, in ver. Armorum. Guilielm. de Benedic. in Repet. c. Raynuius, in ver. Eruxorem nomine, fol. 87. numer. 36. Jo. Redui. in tract. de Majest. Princip. in ver. Non arma solum decorant, 2. par. numer. 162. & seq. inter Tract. communes fol. 152. ubi nicitur hanc opinionem tueri & rationibus, & auctoritatibus, quas in præsentia refellere non oportet, ut inferius patebit.

26 Alij verò quam plures arbitrantur clericos teneri tantum edicto laicali vi directiva rationis, ita ut propterea possint quidem à curia seculari armis spoliari, sed non puniri, etiam civiliter, cum hoc sit jurisdictionis, quam non habent seculares in personas Ecclesiasticas. Ideoque penam esse petendam à iudice ecclesiastico tantum. Atque huiusmodi sententiæ sunt Jo. de Plat. in §. Item lex tertia, infra, de pib. iudic. Jo. Lup. in Repet. c. Per vestra in 2. notab. §. 1. num. 13. de donat. inter vir. & uxor. Afflic. in consil. Intentionu. n. 13. ad fin. de illicit. port. armor. Covarr. pract. ear. quest. in 33. quest. n. 7. & var. res. lib. 20. in fin. Menoch. de arbit. iud. cas. 394. n. 31. & seq. Clar. in s. fin. qu. 36. vers. Vltimus quæro, ubi testatur hanc esse magis communem opinionem. Sor. in 4. dist. 2. §. qu. 2. art. 2. concl. 4. Farinac. de Armis qu. 8. n. 96.

27 Quorum plerique probant usque aded licere familie seculari clericos cum armis deprehensos absque metu excommunicationis apprehendere, atque armis spoliare, ut nec deinde teneantur eadem arma restituere iudici ecclesiastico, uti opinantur Cavar. Clar. & quidam alij locis citatis, ubi Covarr. (Censet inquit) clericum quemcumque arma prohibita portantem posse per secularem iudicem, & ministrum laicæ jurisdictionis armis his spoliari, & privari absque ullo metu excommunicationis : hoc enim ad secularem iudicem, & rei publicæ Rectorem dubio procul pertinet, nec compelli poterit iudex secularis à iudice ecclesiastico arma illa restituere, siquidem laica lex arma prohibere potuit, & eaque prohibicio clericos etiam complectitur, ut probavimus superius, & licet non possit iudex secularis punire clericum arma prohibita portantem, pena etiam pecuniaria, ipsa tamen arma quibus armatus deprehensus clericus est, iustissime potest eidem auferre, nec est lex divina, vel humana quæ contrarium probet. Imò hæc consuetudo, aut tacita juris permissio sanctissima est, atque in maximam vergit Reipublicæ utilitatem.) Haftenus Covarr.

29 Quæ opinio supponit illud principium, quod lex civilis generaliter lata ad bonum publicum & commune tam laicorum, quam clericorum utilitatem, etiam clericos comprehendat, saltem vi directiva, & ex vi dictaminis rationis, cum & ipsi sint cives, & membra Reipublicæ. Quod docuit glof. in c. Generaliter, in ver. Necessitatis, 16. qu. 1. Salic. in Authen. Cassa, & irrita, n. 12.

C. De sacros. eccles. Calder. cons. 2. col. 3. vers. Ad hoc tamen clericus hoc tit. Barbat. cons. 1. col. 12. vers. Et dicit quod statuta lib. 3. Abb. in c. Non minus, col. fin. propri. vers. Tator tamen quod si clericus, de immun. eccles. Paul. de Caltr. in l. Ad instructionem, c. De sacros. evel. Natta cons. 311. numer. 4. Guiliel. de Benedic. in d. c. Raynarius, in ver. Et uxorem nomine Adalastam, num. 75. Bellam. cons. 45. in princ. post Innoc. inter consilia ejusdem Bellam. cons. 46. num. 4. & cons. 47. vers. Super sexto articulo. Idque aliis relatis subus comprobatur Dominus meus Jo. Franciscus Fagnanus in tract. de just. & valida. censur. Pauli V. part. 3. ver. Quinto arguitur. Ideoque Card. Bellarm. tom. 2. Controvers. lib. 1. c. 28. An clerici sint liberi à jugo potestatis secularis, in secunda propositione, cum primo docuisset clericos quoad vim rationis directivam, non autem coactivam ligari constitutione Principis jubentis neminem noctu cum armis incedere, subdit deinde: Nam clerici præterquam quod clerici sunt, sunt etiam cives, & partes quædam Reipublicæ politicæ: igitur ut tales vivere debent civilibus legibus: Non sunt autem alia, quam quæ à Magistratu politico lata sunt. Gregor. de Valent. rom. 4. dist. 9. qu. 5. punct. 4. in princ. Igitur illas clericis servare debent; alioquin magna confusio & perturbatio in Republica oriretur, si clerici non servarent politicas leges in rebus humanis, & politicis. ) Hæc Bellarm. in.

Que tamen non transeunt absque difficultate, & in contrarium valde urget text. in l. Placet. C. De Episc. & Cler. ubi dicitur, Clerici cum publicis actionibus vel ad Curiam pertinentibus, cujus corpori non sunt annexi, nihil commune habeant; Per quem text. Abb. in c. Non minus, in fin. de immun. eccles. tenet clericos non esse de universitate laicorum, allegat Innoc. in c. Dilecti, de excessib. Pralat. & sequuntur Thom. Parpal. in repet. d. l. Placet, & Jo. Maur. in repet. l. unic. C. De mulier. & in quo loco, lib. 10. Quod absque dubio procedit in odiosis, in quibus clerici non veniunt appellatione populij, c. Si sententia, de sent. ex. comm. in 6. & est communis opinio, ut testatur hic Dec. num. 36. licet secus sit in favorabilibus, cap. Dilecti, de far. compet. & ibi Abb. num. 3. in 2. notab. Anchar. Imol. & Abb. in c. 1. de prob. Præpos. in cap. Deys, 12. dist. Dec. hic eod. n. 36.

Verum esto sententia Covarr. & aliorum vera sit in ea parte, in qua affirmat clericos ligari edicto Principis ex dictamine, & vi directiva rationis tantum. At certe nullo jure defendi potest in alia parte, in qua vult clericos posse à Curia seculari apprehendi, atque armis spoliari: nam aut executor, vel officialis Curie apprehendit clericum, eumque armis vi spoliat de facto, & tanquam privata persona; & tunc non excusatur à violenta manuum injectione. Nam, sicut non liceat alteri privatum clericum filtere, repellere, dimovere, aut aliquid ex ejus manibus per vim abstrahere absque incurfu censurarum Canonis, si quis suadente, 17. q. 4. ut illic omnes notant: Sic in Pervenit, & in c. Una nos, de sent. excomm. ita nec licebit hoc ministro seculari, si de facto, & tanquam privatus procedat: textus est singularis in c. Si verò, il. in fin. de sent. excomm.

cui responderi non potest, ut inquit Aretin. in c. Cum non ab homine, de judic. ubi propterea miratur de DD. contrarium asserentibus contra casum illius decretalis: & cum eo tranfit Felin in d. c. Si verò, num. 2. vers. Contrariam partem, fin. autem clericum sistat, & armis privet tanquam officialis, & executor Curie secularis: tunc negari non potest, quin hujusmodi actus sit jurisdictionis, cum procedat à Curie ministro tanquam ministro, & de mandato judicis secularis: executio enim est pars jurisdictionis, c. Si delegatus, de offic. deleg. in 6. Jo. de Anan. in c. Significasti, in fin. in 1. col. tit. Quinimo quoad personas, alioquin non subditas in multis casibus jura permittunt cogitationem, sed non executionem, ut l. A. D. Proff. De rejudic. gloss. in Clem. 1. de fur. compet. suse Anchar in c. Eam que, num. 15. de dec. jur. in 6. Et patet ex notatis per Innoc. in d. c. Significasti, in fin. Unde palam est tam ipsium executorem, qui clericum armis spoliat, quam judicem mandantem incidere in excommunicationem statutam in c. Ut fama, de sent. excomm. & in Bulla Cane, c. 17. ut in specie advertit Navarr. in man. c. 27. nu. 71. & Bellarm. tom. 2. controv. lib. 1. c. 28. An clerici sint liberi à jugo potestatis secularis, in 2. propositione.

Nec urget ratio quod Clerici sint membra Reipublicæ civilis, & quod non deceat eos publicam tranquillitatem perturbare: nam hæc ratio solum concludit eos pertineri ex rationis dictamine ad observantiam legis secularis, ut censent Authores postremo citatis; sed inde non potest inferri, ut si eam non observent, sint eis arma auferenda per familiam laicalem: habent enim suos judices ecclesiasticos, à quibus apprehendi, armis spoliari, ac pro modo culpe coerceri, & puniri valeant. Unde opinio Covarr. tanquam periculosa ob metum centurarum minus vera, & que adversatur ecclesiasticæ libertati nullo modo esset sequenda in præctica, nec eam sequi solent legis timorata conscientia; cum præsertim non desint authores maxime ex recentioribus qui eam resellant.

Cæterum in solutione dubitationum, de quibus agitur, non est opus de veritate dictarum opinionum uberius disserere: nam etsi edictum Magistratus secularis arma prohibentis obliget clericos vi directiva rationis: non tamen hinc sequitur ut Episcopus non possit ex justa causa licentiam deferendi arma eodem edicto prohibita suis subditis impertiri.

30 Neque enim fas esset clericis judicem seculari adire pro hujusmodi licentia obtinenda, à quo jure Divino, & humano exempti sunt, ut latè ostensum est supra n. 10. Et cum princeps secularis possit eam suis subditis in suo territorio tribuere, nulla ratio standet, cur non idem liceat Episcopo, cum & ipse habeat merum imperium in sua diocesi, c. Si quis episcopus, & ibi gloss. in ver. Quia abbi, 2. qu. 7. Cundisal. de heret. quest. 11. nu. 16. & seq. ideoque posse Episcopum hujusmodi licentiam concedere, supponit Præpos. in c. Clericum, 10. dist. Mart. in pract. crim. §. Pro complemento, sub num. 5. & Guido Papa decis. 437. n. 7.

32 Cum itaque Episcopus possit hanc licentiam impertiri, manifestum etiam erit non legem laicam

CAM

tam prohibentem, sed ecclesiasticam concedentem esse quoad clericos observandam: neque enim est habenda ratio legis secularis, quando opponitur canonica, c. 1. ubi gloss. & DD. de nov. oper. nunc. Beron. cons. 196. n. 23. lib. 1. & in materia Cardin. Bellarm. tom. 2. Controvers. lib. 1. c. 27. An clerici sint liberi à jugo potestatis secularis in 2. proposit. ubi affirmat Clericos ne vi quidem directivæ rationis ligari hujusmodi lege civili quando adversatur ecclesiasticæ: atque ita cum pugnet hoc casu prohibitio laici, & concessio ecclesiasticæ, lex utriusque observanda erit quoad suos subditos, gloss. in c. Possessor, de reg. jur. in 6. & ibi Jo. Andr. in Mercurial. Anton. de Butr. in c. Clerici, n. 12. vers. Si materia est mixta, & ibi etiam Abb. num. 2. de Judic. Felin. hic n. 43. & scripsi plenius in c. 1. n. 27. in 1. de Paat.

33 Neque obstat quod cum Princeps secularis possit suo edicto clericos ligare, saltem ex rationis dictamine, poterit quoque illos à nexu hujusmodi obligationis absolvere: atque ita licentiam deferendi arma concedere, cum eadem sit solvendi & ligandi potestas, cap. Verbum de penit. dist. 1. cap. Cum inferior, de major. & obed. Feder. de Sen. cons. 14. num. 4. vers. in 2. quest.

34 Nam respondetur clericos duobus modis ab edicto hujusmodi absolvi posse. Primum cum Princeps generaliter revocet legem, quam condiderat de armis non deferendis: & tunc non est dubitandum, quin etiam clerici sint soluti à lege, cui ex vi rationis subijciebantur. Sublata enim est vis legis ex ipsius conditoris revocatione in gl. In ista, §. Leges, 4. dist. Barr. in l. Omnes populi, in fin. de just. & jur. gloss. & DD. in c. 1. supra eod. ubi in specie Dec n. 37.

Deinde absolvi possunt clerici à dicta obligatione nominatim, cum scilicet Princeps relaxat legis vinculum in specie quoad clericos per concessionem licentiæ, & hoc non licet. Ratio est quia quæcumque lex secularis quæ specialiter, & nominatim de clericis, vel rebus ecclesiasticis statuit etiam in eorum favorem sit lata, nulla est ex defectu potestatis. Sic probat textus expressus hic in illis verbis, quod ecclesiarum etiam respectu commodum, & favorem. Et latius dictum est supra in 2. concl. Ergo quemadmodum non possit laicus clericos nominatim prohibere armorum delationem, ita nec poterit illis hanc licentiam specificè impertiri, cum utroque casu careat jurisdictione, à qua potestas statuendi dependet. l. fin. ff. De jurisd. om. iud. c.

35 Quod evidenter alia etiam ratione probatur, Nam non est dubitandum, quin usus armorum lege canonica sit clericis interdictus: id enim sancitum est in c. Clerici, ubi gloss. & omnes notant in 1. de vit. & honest. Cleric. in Clem. 1. eod. tit. & in can. Clerici, & seq. 23. q. 2. quod latius prosequitur Mart. in pract. crim. §. Pro complemento hujus operis, n. 1. & seq. & Menoch. de arbit. iud. casu 394. n. 31: Itaque si admittamus clericos ligari etiam edicto laicali de armis non deferendis, manifestum erit illos constringi hac in re duplici vinculo obligationis: id est civilis, & canonice. At princeps secularis utrumque tollere possit vinculum a se injectum sublata suæ legis obligatione: nulla tamen ratione poterit exi-

mere clericos sibi alias non subditos ab obligatione juris canonici: facultas enim est iusta causa super hoc jure dispensandi, non secularibus potestatibus, sed ecclesiasticæ tantum est à Christo Domino attributa c. Translato, ubi Abb. in Summ. & ceteri notant in 1. eod. & habetur 69. dist. per tot. DD. in c. Per venerabilem, qui filii sint legit. Specul. in tit. De legat. §. Postremo, vers. Sed. Ad quartum, cum alijs adductis per Ruin. cons. 75. Quia de pluribus queritur, n. 2. vol. 3. Atque hinc patet clericis nihil prodesse licentiam cum armis incedendi à seculari potestate impetratam, sed opus esse ut nexu jure canonico injectus ab ecclesiastico judice relaxetur.

37 Ad secundam questionem videtur respondendum, non licere officialibus laicis in ecclesijs, & alijs ecclesiasticis locis immunitus arma vetita perquirere, vel inde auferre. Nam cum perquisitio, & ablatio illa sit actus jurisdictionis contentiosæ, non potest à judice laico exerceri in Ecclesia, quæ est extra territorium ipsius. 2. in fin. C. De Summ. Trinit. & fid. Cath. Paul. de Caltr. in l. Si quis in hoc genus, num. 3. C. De episc. & Cler. Abb. in c. Inter alia, num. 29. de immun. eccles. Atque ita expresse statuitur in l. Patente, C. De his qui ad eccl. confuger. in hac verba. (Hos vero qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant præmonemus; alias statim eos ut arma deponant autoritate Episcopi à solis clericis securius conveniri precipimus.) & infra. (Etsi Ecclesie voce monti per tot, tantorumque denunciations renuerint arma relinquere: jam clementie nostræ apud eum, & episcopum causa purgata, armatis, si ita res exegerit intromissis abstrahendos esse cognoscant.) Ad idem Concilium Tolet. relatum in c. Diffinitivè 17. quest. 4. cujus hæc sunt verba) Diffinitivè S. Concilium, ut nullus audeat confugiens ad Ecclesiam, vel residentes abstrahere, aut quodcumque nocibilitatis, vel damni, seu ipsi residentibus in loco sancto inferre. Ad idem text. in c. 1. in 1. de immun. eccles. & in c. 2. eod. tit. in 6.

Et quamvis Covarr. varior. resol. lib. 2. c. 20. sub. n. 12. relatus à Foller. in practi crim. canon. c. Miscellanea quadam n. 30. sentiat iudicem laicum etiam non possit fugientes ad ecclesiam inde invitos abducere: polle tamen ab eis arma prohibita etiam intra Ecclesiam auferre, eo quod cum arma deferens intra ecclesiam delinquat, à judice seculari sit puniendus, aut saltem armis spoliandus: ejus tamen opinio est contra jura superius expressa, nec ulla valida ratione fulcitur. Levissima enim est illa ratio, quod deferens arma delinquat in ecclesia. Tum quia quatenus etiam hoc delictum esset tale, ut privaret delinquentem immunitate ecclesie, non tamen hinc sequeretur (ut male inquit Covar.) ut abstrahio ulla fieri posset à Curia seculari, sed ab ecclesiastica tantum, juxta d. l. Patente, & Constitutionem Gregorij XIV. hac de re editam. Tum quia non quodcumque delictum in ecclesia perpetratum privat immunitate ecclesiastica, etsi sit grave, sed homicidium tantum vel mutilatio, ut expresse statuitur in c. fin. de immun. eccles. & in prædicta Gregorij Const. & quemadmodum Ecclesia est immunis quoad personas ad eam

con-

confugiens; ita, & quoad bona, ut etiam probatur in d. c. *Sicut*. 17. q. 4. ibi ( aut personam hominis, vel bona ejus inde subtraxerit, ) & in c. *Quisquis*, ibi: ( aliquid inde eripiendo, vel auferendo: ) neque enim immunitas fuit ecclesie concessa intuitu personae confugiens, sed ob honorem, & reverentiam qua ipsi Deo, atque ejus ecclesie debetur, ut per Vasquez de success. *creat. lib. 3. §. 22. limitat.* 17. n. 55. Remig. de *Immun. eccles. n. 2.* & probatur in d. c. 2. de *Immun. eccles. in c. Reum ad ecclesiam, & in cap. Si quis il. 4. 17. q. 4. atque ex eis censet Remig. & bene iudices, vel officiales arma in ecclesia perquirentes incidere in poenas violentiam Ecclesie immunitatem.*

42 Ad tertiam quaestionem videtur similiter respondendum familiam Episcopi quovis genere armorum imponere uti posse, perinde ac familiam Curiae secularis. Nam lex civilis prohibens generaliter usum armorum, ut c. *Ut armorum usus*, lib. 1. & in *tubr. de fabric. ord. lib. & in Anrb. de arma. §. Si autem*, non comprehendit familiam Episcopi, ut scripsit Bald. in l. 3. §. *At enim ff. De offic. pref. Vigili*, ubi ex textu illo, Nota ( inquit ) officiales communes posse & debere portare arma: & idem puro de familia Episcopi cum ipse habeat imperium in sua diocesi: & sequuntur Martil. in *pract. crimin. in ver. Pro complemento*, n. 5. Socin. *reg. 30. in 1. Fall Barbat. de Cardin. legat. qu. 5. n. 17. Amad. de Syndic. n. 92.* ubi propterea reprehendit quemdam iudicem, qui iussit capere familiarem Episcopi pro delatione armorum: & Menoch. *de arb. iud. casu 394. numer. 6.*

44 Quae conclusio iisdem fere nititur fundamentis quibus prima quaestio solutio: nam cum familia Episcopi sit exempta a iurisdictione seculari, ac de foro ecclesie c. *fin.* & ibi omnes notant de offic. *Archid. Dec. in cap. Cum non ab homine*, n. 4. de *iudic. de communi Abb. in c. 2. n. 6. vers. In familia vero Episcopi, de foro competen. tenetur servare legem Episcopi usum armorum concedentis, non edictum laici prohibentis, ut de clericis supra probavimus.*

Neque his obstat quod Episcopus pro executione iustitiae debeat implorare auxilium brachii secularis, c. *Administratores*; & cap. *Principes*, 23. q. 5. & quod sicut pro spiritualibus debent Principes recurrere ad ecclesiam, ita in temporalibus debeant Praelati recurrere ad Principes seculares, c. *Cum ad verum, & c. Imperator. 96. dist. nec promissus actibus sunt eorum officia perturbanda. l. Consulta Divalia, Cod. De testam. Pulchre Oidrad. conf. 23. incipien. An Episcopus, per tot. Nam respondetur hoc idem observari inter seculares iudices, ut unus imploret auxilium alterius, ubi vires ipsius non sufficiunt ad exequendum quod sibi incumbit: text. est in l. *Si quis in hoc genus, c. De Episc. & Cler. sed & iudices seculares in subsidium invocant auxilium Ecclesie, ubi per se non possunt suos subditos coercere, ut notat Innocent. in c. Licet ex suscepto, infra de foro compet. Ergo hinc non bene inferitur, ut Ecclesia non habeat potestatem exequendi etiam per suos ministros. Et propterea iura non statuta praecise, ut Episcopus teneatur implorare brachium seculare, sed adiectis verbis si opus fuerit, ut in c. 1. ibi: Et cum opus fuerit publicum**

convocent auxilium de offic. *ordinar. in c. Periculosus, §. ult. vers. invocatosi opus fuerit, & c. De statu. Regular. lib. 6. innovato à Concilio Trid. in cap. 5. sess. 25. de Regular. & saepe alibi. Per quod insinuant esse arbitrium Episcopo ad brachii secularis invocationem confugere cum sibi vires non suppetunt ad iustitiam exequendam: item non obstat quod Ecclesie sit interdicta executio gladii temporalis, cum Petro Dominus dixerit, Convertite gladium tuum in locum suum, ut legitur & notatur in c. *Novus, de iudic. & in summa 23. q. 8. & arma clericorum sint lacrymae & orationes, c. Convenit, ead. cau. & quest.**

Respondetur enim ecclesiam non habere gladium materiale ad mortem alicui inferendam, vel membri mutilationem. Et in hunc sensum accipienda sunt iura in contrarium adducta, ut plenè notatur in cap. *Cum non ab homine, de iudic. & in c. Novimus, de verb. signif. At secus est ad exequendam iustitiam sibi incumbentem, ut patet ex Clem. 2. §. *fin. de haer. ubi tribuitur facultas Inquisitoribus haereticæ pravitatis, ut possint armatos officiales habere. Ex quo innuitur penes ecclesiam esse hanc potestatem utendi officialibus armatis in criminibus ad suum forum pertinentibus, alioquin non potuissent Inquisitoribus concedere. Ad hoc Extravag. *Unam Sanctam, de major & obed. Atque ita contrarias oppositiones Abbatis in d. cap. Significasti, de off. delegat. diluit Gundisal Villadiego de haer. q. 1. n. 16. adiciens sic observare communem usum.***

Adde quod ex decreto Concilii Trident. in c. 3. sess. 25. Episcopus antequam utatur gladio excommunicationis, debet ad executionem realem vel personalem etiam contra laicos procedere per suos proprios, vel alienos executores. Quod necessario supponitur uti posse officialibus armatis, cum personatum districtio vix, ac ne vix quidem fieri possit sine ministerio armorum.

Neque vero hac in re videtur hodie subesse ulla difficultas: nam etsi olim esset opinio ab aliquibus controvertita in d. c. *Cum non ab homine, de iudic. An liceret Episcopis habere familiam armatam, nihilominus S. Congregatio Episcoporum, iam saepius probavit sententiam Episcopis faventem veluti gravioribus auctoritatibus, & solidioribus rationibus munitam; censuitque Episcopum non solum posse, sed debere etiam habere familiam armatam immunitate ecclesiastica gaudentem. Idemque respondit S. Congreg. Concilii ab Episcopo Serano consulta sub die 23. Novembris 1613. Quamobrem non videtur amplius dubitandum quominus possit Episcopus usum armorum cuiusvis generis suis officialibus pro executione iustitiae concedere ad instar Principis secularis.*

Praesertim vero quia eandem sententiam in fortioribus terminis, id est in familiaribus Episcopi, etiam non necessariis pro executione iustitiae hoc ipso tempore probavit Curia in memorabili casu Republicae Lucanae: nam vexilliferi, antiani, ministri, & officiales, qui pro tempore existerunt denunciati fuerunt excommunicari ab Episcopo civitatis Castellae communitorio Apollonio in vim specialis facultatis de super habita

habita per litteras in forma Brevis sub die 23. Februarii 1640. Civitas vero cum universo dominio Lucano supposita fuit ecclesiastico interdicto, propterea quod duos familiares Cardinalis Episcopi cum armis deprehensos, & duos ejusdem Cardinalis fratres germanos in depressionem, & violationem ecclesiasticae libertatis carceribus mancipaverint, & eundem Commissarium à S. D. N. Urbano VIII. illuc ablegatum admittente recusaverint, ut in sententia declaratoria sub die 29. Martii, & in alia interdictoria 5. Aprilis 1640. Confer text. in l. 1. §. *sed & si qua leges, Cod. De veteri iur. enucl. & dicta per Cardin. Zabara. conf. 136. n. 1. vers. Pramitto quod etiam, & per Lap. alleg. 55. n. 3. vers. Ista opinio sequitur Romana Curia.*

DE CONSTITUTIONIBVS

Cap. Ex parte.

S V M M A R I V M.

- 1 Statutum non valet, per quod cultus divinus sine causa diminuitur, etiam si in forma communi à Papa fuerit confirmatum. & n. 3 & 4.
- 2 Præbendarum numerus per constitutionem Canonicoz restringi non potest, si ecclesie redditus non sint diminuti.
- 3 Inhiare quid sit.
- 4 Confirmatio in forma communi, quid operetur.
- 5 Confirmatio subreptitia non convalidat præbendarum suppressionem nullam.
- 6 Præbendarum reductio invalida non impedit vacationem præbende in remanentibus ultra numerum.
- 7 Impetratio beneficii ex taciturnitate suppressionis nulle non redditur subreptitia.
- 8 Præbendarum numerus reduci potest à Canonico auctoritate Episcopi, si ecclesie redditus diminuti sint.
- 9 Fallit si præbende non ab Episcopo, vel Capitulo, sed ab alijs fuerint dotatae. & n. 15. & 29.
- 10 Item fallit si præbendarum numerus fuerit ordinatus, aut confirmatus auctoritate Apostolica, & num. 16.
- 11 Vel iuratus à Canonico. ibid.
- 12 Item fallit si negotia Episcopi, & Capituli sint communia.
- 13 Et quid post Concilium Tridentinum. & n. seqq.
- 14 Præbendarum numerus an, & quando Episcopus possit restringere in vim Concilii Tridentini, & in quibus ius commune fuerit à Concilio alteratum, seu declaratum.
- 15 Præbendas non potest hodie Episcopus suppressere, si illarum tenuitati providere possit per unionem beneficiorum simplicium.
- 16 Præbendas patronatus laicali Episcopus suppressere non potest sine consensu patroni, secus si sint patronatus ecclesiastici.
- 17 Præbendarum numerum Episcopus potest ex causa reducere, sed non teneatur. Nec Metropolitana potest in hoc supplere.
- 18 Abbatis, & alijs inferioribus etiam exemptis, & iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus non

- licet præbendas suppressere ex c. 15. sess. 24.
- 19 Nec Capitulo Sede vacante.
- 20 Missas, & Anniversaria, aut elemosinas pauperibus erogandas, an Episcopus ex causa tenuitatis reducere possit de iure communi.
- Et an ex Concilio Tridentino. n. 30.
- 21 Papa solus alterare potest usum illorum, qua per fideles donata sunt, vel restituta.
- 22 Commutatio voluntatis ab inferiori à Principe regulariter fieri non potest.
- 23 Et quid si proventus haereditarii non sufficiant ad onera adimplenda. & n. 25.
- 24 Missarum onera beneficio incumbentia Episcopus reducere non potest.
- 25 Missarum onera beneficio iuncta, an Episcopus moderari possit, si redditus postea diminuti sint. & n. seqq.
- Quid si ejusmodi redditus spectent ad heredem. ibid.
- Et quid si spectent ad beneficiarium. n. 27. & si seqq.
- 26 Onus pro rata minutur retribuitur diminutus.
- 27 Voluntas testatoris potest ab Episcopo in alium usum commutari, si de iure, vel de facto adimpleri non possit.
- 28 Commutandi ultimas voluntates si qua facultas de iure Episcopo competeat, non est sublata à Concilio Tridentino.
- 30 Anniversaria, & officia defunctorum Episcopus potest reducere ad præscriptum Concilii Tridentini cap. 4. sess. 25.
- 31 Elemosynas pauperibus erogandas Episcopus reducere non potest in vim cap. 4. sess. 25. Concilii Tridentini. & n. seqq.
- 32 Dispensandi facultas ut favorabilis est amplianda, nisi agatur de praedictio tertijs.
- 33 Dispensandi potestas in simplicibus non extenditur ad mixta.
- 34 In Missis, vel Anniversarijs, aut elemosynis reducendis quis ordo servari debeat.

EX PARTE. Non valet statutum, per quod cultus divinus sine causa diminuitur, etiam si in forma communi à Papa fuerit confirmatum. Hoc dicit. Vel specialius. Non possunt Canonici sine causa restringere numerum Canonicoz, seu præbendarum. Dividitur ab Host. in duas partes. Prima ponit factum corrigendum. Secunda correctionem, ibi *Volentes.*

Nota ex decretali duas conclusiones, quarum prima est negativa, videlicet. Statutum Capituli restringens numerum Canonicoz, seu præbendarum non valet, si ecclesie redditus non sint diminuti: & ita hic est casus secundum Abb. Antiq. Panormit. Aretin. & Felin. & notat gl. 2. Innoc. in *prim. in ver. Diminuti*, & communicet Doctores. Cujus conclusionis duplex ratio colligitur ex textu. Prima est, quia hujusmodi statutum procedit ex radice avaritiae: nam ut legitur in c. *fin. de concess. præben. lib. 6.* quanto inter pauciores cuiusvis ecclesie dividuntur proventus, tanto majores fieri possunt singulorum percipientium portiones. Simile in s. *Comm. M. supra cod. Et hanc rationem indicat littera ibi, proprijs commodis inhiantes*; id est cupiditate intendentes secundum gloss. 1. Inhiatio enim est vehemens cupiditas, ut l. 1. c. *De petit. honor. sublat. lib. 10.* Eodem loquendi modo utitur textus